

Plam. 48. ait: Audi, quid dicat Propheta, si steterit Noe, & Job, & Daniel filios suos, & filias suas non liberabunt, quantum luxit Samuel, & Saul non eripiunt quantum precatus est Jeremias, & Judaeos nihil juvit. Quid ergo, sum ne super vana Sanctorum preces? Nequaquam, sed magnas vires habentes, quando tu quoque eis auxilium tuleris, ita etiam Petrus suscitavit Tabitham non solum oratione sed etiam illius elemosyna. Ecce preces preclarissimorum virorum sine elemosyna non impetrant, maxime cum illa adjuvantur. Vide quae dixi supra cap. 4. q. 20. n. 149 150. 151. & hoc cap. 9. q. 31. n. 238. 239.

QUAESTIO XXXVI.

Quare magnus Parens Elifaeus ad suscitandum filium Sunamitidis multa adhibet, non sic Petrus ad suscitandam Tabitham?

264. UT Elifaeus filium viduae suscitaret ex mortis facie: Incubuit super puerum, posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri. Reg. 4. n. 34. Ecce tot, & tanta adhibet propheta, ut vivificetur Puer, non sic vero Petrus erga Tabitham, sed uno verbo: Surge Tabitha totum miraculum perfecit, & absolvit. In hac quaestione solvenda multus est D. Basilii Sculeucus tota oratione 10. primo ait: Elifaeus Sunamitidis filium non ad vitam erexit oratio, ut Dordacadem Petrus, & statim subdit: Non orationis praesidio mortuum vitam restituit, sed se ipsum reliquias iniecit, scilicet membris corporis Elifaei multum testit mors etiam pluribus actionibus adhibitis, non sic vero petro, cum orationis auxilio munitus accederet, & ita ei omnia sunt facilia, & in promptu, omnia rumpit, nilque ei valet resistere.

266. Sancti viri autem tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis colligati, ambulabant in medio flamma laudantes Deum, & benedicentes Dominum. Daniel. 3. n. 23. De quo cum rex accederet ad fornacis ostium totus admiratione plenus exclamans, ait: Ecce video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, duo hic apparet stupenda miracula, unum, quod inter voraces flamas crudelissimi vitae tortores viverent: alterum quod cum essent colligati soluti ambularent, & qui tanta miracula est operatus mortem vincens, vincula dirumpens una eorum oratio, qua benedicebat & laudabant deum. D. Chrysof. homil. 18. in epist. ad Ephesios ait: Rex caminum vehementer accendi iussit, sed pallentibus illis soluta sunt iam vincula, & pedum, & manuum, una oratio omnia comprimit, referat, ac vincit.

Secundo idem Basilii Sculeucus, ait: Populus autem gentium erat ille mortuus Elifaei vi peccatorum venit spiritualis Elifaeus, & universa ejus membra mortua deprehendit, os, oculos, manus, pedes, & universae mortuus erat. Os, quod ad laudandum Deum non poterat aperire: Sed ligno dicebat: Pater meus es, & lapidi, tu genuisti me: mortui oculi, quia in Deum universi non fiebantur, verum pratermissio creatore celebrant creaturam: mortua manus, quae demonibus fructus offerebat: Mortuos pedes, qui ut adoraretur Diabolus, flectebantur: Mortua membra, quae universum: Medico praeponebat egebat. Puer iste Elifaei representabat demortuum genus humanum, at Tabitha erat mulier sancta, & devota unum leve verbum sufficiebat: Tabitha surge: At puer ille figuram generis humani gerebat in omnibus membris ac operationibus, & ideo singula fuerunt fovendae ac vivificandae, ut resurgerent ad vitam.

265. D. Basil. Sculeuc. Oratio prompta facile impetrat omnia.

Dan. 3. Oratio solvit vincula, & vincit omnia.

D. Chry. solt.

267. D. Basil. Sculeuc.

Qui servit peccatis mortuus est.

Ait Dominus ad Ezechiel. 37. n. 4. Dixit Dominus ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida ante verbum Domini. Haec dicit Dominus Deus ossibus istis, mandat Deus Propheta, ut loquatur cum ossibus & ossibus aridis, quae jam sunt expoliata ab omni vigore vitali, & quomodo talia ossa poterat audire verbum dei & percipere quae dicebatur. Per ossa arida, intelligit Propheta juxta D. Hiero. theodoretum, Procopium, & alios Judaeos in captivitate detentos amissa omni salutis spe, & cum esset peccatores, non erant homines vivi, sed mortis pabulum cadaver vivum: & ossa arida, ad hoc pertinet id quod ait D. Amb. of. lib. 2. de Cain, & Abel c. 9. Impii etiam si videantur vivere, miseriores sunt omnibus mortuis, carnem suam sicut tumulum circum ferentes, cur infelicem insuderunt animam suam. Quid enim aliud est, quam sepultura, qua inter humum volvitur & terra avaritia cupiditatis, caterisque vitiis includitur: ut gratia caelestis auram spirare non possit.

Multo cum gaudio, multaque festivitate dicunt Jacob ejus filii, Gen. 45. n. 26. Filius tuus Joseph vivit, ex quibus colligit Origen hom. 15. in genecim, quantum se Joseph immundum, ac purum servavit ab inquinamento, ac turpitudine impudicae Aegyptiacae, nam si illis esset illaqueatus non vivus, sed mortuus fuisset, sic ait citatus Origenes: Si enim ponamus quia potuisset vinci a libidine, & peccare cum uxore Domini sui, non puto, quod hoc a patriarchis de eo nuntiatum fuisset patri ejus Jacob, quia filius tuus Joseph vivit: Hoc enim si fecisset sine dubio non vivebat. Anima, qua peccat, ipsa moritur.

QUAESTIO XXXVII.

Quare D. Petrus non hospitatur apud aliquem Principem, vel apud Tabitham, sed apud Simonem Coriariam?

Hospitatur D. Petrus apud Simonem Coriariam, non Curialem, ut legunt Magister Histor. ecclesiast. c. 49. in Acta Carthuf. Hugo, sed legendum Coriariū ut habet nostra vulgata, & ceteri omnes legunt & ex radice Graeca constat, significat illum qui Coria, seu pelles macerat, vel concinat, seu praeparat, ut inde calcei, seu ocreae, vel thoraces fiant, hujus domum ad hospitandum per multos dies elegit Petrus.

Primo D. Chrysof. & Oecumen. multis extollunt laudibus D. Petri modestia, non elegit ad habitandum domum alicujus divitis, aut potentis, sed pauperis, & humilis opificis, ne divites, & superbecat ac extollantur, quod illi soli quarantur, & aestimetur pauperes contemnatur, inde iste pauper, & humilis eligitur, maxime, ut existimo, Simon iste Coriarius erat vir justus, & probus, ideo praeter ceteris ejus domum elegit Petrus, ut cum eo frequenter de Deo loqueretur, atque ex conversatione Petri multum homo deberet proficere.

Secundo ut ait Oecumen. cap. seq. n. 6. Segregata ab urbibus loca sequebantur Apostoli, utpote quietis, & solitudinis amici. Ut ita altius meditationi, ac contemplationi vacarent talis videtur fuisse, & Lydiae domus, ad quam invitatus est paulus, & ad ea divertit act. 16. n. 13. & 15. sequentes Christi exemplum quia, ut ait D. Lucas 5. n. 16. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Domus autem haec Simonis erat extra Urbem juxta mare, ut patet ex cap. sequenti n. 6. & etiam nunc: ut testatur gaeus peregrinis ostenditur residuum ex ejus ruinis, & ibi sacellum in honorem D. petri est aedificatum.

Tertio non hospitatur apud Tabitham, ne videatur

268. Ezech. 37.

p. Hier. Theod. Procop.

D. Amb.

269. Gen. 45. Vbi peccatum non vita, sed mors.

Origen.

270. Measit. Histor. Eccles. Carthuf. Vera lectio.

271. D. Chry. solt. Oecumen.

Pauperes non contemnendi.

272. Oecumen.

Fusti quarunt loca secreta. Act. 16. Luc. 5.

273. retur

Caestia dona non dantur lucri insuitu.

274. Ecclesia sicut non cohabitavit cum mulieribus.

Luc. 8.

275. Joan. 4. Miratur discipuli, quod Christus loquatur cum muliere.

276. Judic. 16.

D. Ephr. Cum homo loquitur cum muliere adest Diabolus.

retur ob beneficium miraculi exhibitum, hospitalitatis gratiam exciperet, Caestia dona gratis dantur absque alicujus lucri intaitu. In illa primitiva Ecclesia, qui convertebantur, vendebant possessiones suas, & earum pretia ponebant ante pedes Apostolorum, Act. 4. n. 34. Cum sacri Apostoli magna miracula edidissent, ne quispiam cogitaret, quod alicujus rei interventu illa fierent, ideo pretia non dabantur in eorum manibus, ne viderentur illa accipere, sed ante pedes, tamquam contempta ab ipsis Apostolis, ut per aliorum manus ex communi consensu in pauperes distribuerentur.

Quarto non hospitatur apud Tabitham Petrus, ut Princeps Apostolorum, ac omnium Ecclesiasticorum caput, in magnum exemplum, quod Ecclesiasticus non debet simul in eadem domo habitare, ac commorari cum muliere, cujus conversatio ruinis, ac periculis valde proclivis est. Ad hoc Christus D. omnium exemplar magnum nobis praebet documentum; multae praeter mulieres ipsum cum discipulis suis sequebantur eis ministrantes Luc. 8. n. 3. Et cum Christus D. saepe cum Apostolis apud Mathaeum, & Zachaeum, aliosque hospitaretur, nunquam lego quod ibi ad mensam adessent mulieres, mulieribus ex officio incumbit ministrare, non tamen cum eis convenit manducare, ac converfari.

Cum ex civitate venissent discipuli, invenerunt Magistrum loquentem cum Samaritana, scribit Joan. 4. n. 27. Et mirabantur, quod cum muliere loquebatur. Hujus admirationis causas multas dedit tom. 2. in Evangel. cap. 5. q. 35. per totam; ea mihi magis aridet cum Cajetano, qui ait: Nulla alia reddatur ratio hujus admirationis, nisi locutio Christi muliere, & dixit hoc Evangelista ad significandum insolitam fuisse locutionem Christi cum muliere. Vide proximè citatum locum.

Veniat nunc in exemplum Samson ille fortissimus, qui tamquam Nazareus Deo consecratus veluti Ecclesiasticus dici potest, qui innumeros hostes de eis triumphans destruxit, profligavitque, hic tam sublimis, ut ad foemina convenit, ait Text. Judic. 16. n. 19. At illa dor mire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinavit caput, vocavitque tonsorem, & rasi septem crines ejus: quem cum apprehendissent Philistiim, statim eruerunt oculos ejus. Ecce magnus ille, & inclutus triumphator, modo victus, caecus, & alligatus jacet; unde illi hocquandiu a muliere sequestratus, gloriosus extitit victor, at vero ut primum cum muliere habuit commercium, statim omnia mala conglomerata in eum irruerunt. Eleganter D. Ephrem in Paranelide Jud. & Retrib. ait: Qui percusserat mille viros in maxilla asini, postquam concupivit cum vipe, ra habitare, illico capilli Nazareo defluxere, oculisque sui privatus miserabilis, atque ridiculus omnibus subito est demonstratus. Illud tamen maxime est expendendum, ad quid mulier vocat tonsorem, quod mulier poterat per se ipsam praestare: Tonsor Diabolus erat, & cum mulier loquitur cum viro statim Diabolus adest, ut tamquam tonsor virtutes radat, faces accendat, libidines excitet, concupiscentias inflammet.

CAPUT X.

1. Vir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius, Centurio cohortis, quae dicitur Italica. 2. Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua faciens elemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.

3. Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, Angelum Dei introentem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

4. At ille intuens eum, timore correptus dixit, quid est, Domine? Dixit autem illi, orationes tuae, & elemosyna tua ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

5. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersit Simonem quendam, qui cognominatur Petrus.

6. Hic hospitatur apud Simonem quendam Coriariam, cujus est domus juxta mare, hic dicit tibi, quid te oporteat facere.

7. Et cum discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum, ex his, qui illi parebant.

8. Quibus cum narraisset omnia, misit illos in Ioppen.

9. Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus Civitati, ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam.

10. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus.

11. Et vidit Caelum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteam magnum quatuor initiis submitti de Caelo in terram.

12. In quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terra, & volatilia caeli.

13. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.

14. Ait autem Petrus, absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum.

15. Et vox iterum secundo ad eum, Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.

16. Hoc autem factum est per ter, & statim receptum est vas in Caelum.

17. Et dum intra se haesitaret Petrus, quidnam esset visio, quam videret, ecce viri, qui missi erant a Cornelio, inquirentes domum Simonis astiterunt a d. januam.

18. Et cum vocassent, interrogabant, si Simon, qui cognominatur Petrus illic haberet hospitium?

19. Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei, Ecce viri tres quaerunt te.

20. Surge itaque, descende, & vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi illos.

21. Descendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce ego sum, quem quaeritis, qua causa est, propter quam venistis?

22. Qui dixerunt, Cornelius Centurio, vir justus, & timens Deum, & testimonium habens ab universa gente Judaeorum, responsum accepit ab Angelo Sancto, accersire te in domum suam, & audire verba abs te.

23. Introducens ergo eos recepit hospitio, sequenti autem die surgens profectus est cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.

24. Altera autem die introivit Caesarem, Cornelius vero expectabat illos, convocatis cognatis suis, & necessariis amicis.

25. Et factum est cum introisset Petrus obvius venit ei Cornelius, & prociens ad pedes ejus adoravit.

26. Petrus vero elevavit eum, dicens, Surge & ego ipse homo sum.

27. Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant.

28. Dixit que ad illos: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudaeo conjugi, aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit Deus, neminem communem, aut immundum dicere hominem.

29. propter quod sine dubitatione veni accersens, Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me?

30. Et Cornelius ait, Anudius quarta die usque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait, ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait, X 3 Cornelius

- 31. Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynae commemorata sunt in conspectu Dei.
- 32. Mitte ergo in Joppen, & accersit Simonem qui cognominatur Petrus; hic hospitatur in domo Simonis Coriarum iuxta mare.
- 33. Consectim ergo misi ad te, & tu benefecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia quaecumque tibi praecepta sunt à Domino.
- 34. Aperies autem Petrus os suum, dixit, In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.
- 35. Sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.
- 36. Verbum misit Deus filiis Israël, annuncians pacem per Jesum Christum (hic est omnium Dominus.)
- 37. Vos scitis quod factum est verbum per universam Iudaeam, incipiens enim à Galilaea post Baptismum, quod predicavit Joannes.
- 38. Jesum à Nazareth; quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtutes qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.
- 39. Et nos testes sumus omnium, quae fecit in regione Iudaeorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno.

- 40. Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri.
- 41. Non omni populo, sed testibus praedictis à Deo, nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.
- 42. Et praecepit nobis predicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo Iudaeorum, & mortuorum.
- 43. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum.
- 44. Adhuc loquente Petro verba haec, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum.
- 45. Et obstupuerunt ex circumcissione fideles, qui venerant cum Petro, & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.
- 46. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.
- 47. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?
- 48. Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud eos aliquos dies.



ARGUMENTUM.

Centurio Cornelius Romanus monitu Angeli ex Ioppe vocat Petrum in Caesaream, & ab eo in fide instructus baptizatur, quod antea caelitus fuerat Petro manifestatum per visionem lintei, & quadrupedum, in quo denotabatur apertum ostium gentibus ad fidem, & Ecclesiam.

Caput 10. n. 1. Vir autem quidam erat in Caesareanum nomine Cornelius Centurio cohortis, quae dicitur Italica.

Num. 2. Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum sepe.

VERSIONES, CUM EXPOSITIONE I.

1. Vers. 1. Vir autem quidam erat. In quo tot, & tanta virtutes resplendebant, & ideo dicitur Vir quidam tamquam unus, & singularis. In Caesarea non Philippi, sed Palaestinae, constituta erat in litore maris Mediterranei arx fortissima multis mœnibus circumdata, dicta turris Stratonis & Ranus, Corneliorum Romae familia erat illustrissima magnorum virorum, qui à cornu, id est fortitudine dicti sunt.

2. Centurio cohortis, quae dicitur Italica. Arabic. Centurio legionis Regia. Centurio dicebatur, qui centum milites sub se habebat; Caietanus existimat hunc fuisse principalem Centurionem ex tota legione qui praeferebat vexillum, in quo erat insigne Romanorum, nempe Aquila, & huic sententiae faver lectio Arabica: Legio constabat ex decem Centurionibus.

3. Cohors, id est ex cohorte, cohors habet sub se multas Centurias, ac Centuriones, ex quibus unus erat Cornelius, cohors constabat ex quinquaginta manipulis, manipulus habebat sub se 25. milites, recte tamen scio, quod à variis Authoribus varii numeri constituuntur in Centurionis legione, cohorte ac manipulo, de quo late Vegetius l. 2. c. 6. Liphius lib. 2. de militia Romanorum Laurent.

Vers. 1. Religiosus, ac timens Deum. D. Chryso. Pius. Arabic. Optimo se gerens. Syriac. Et erat iste justus. Aethiopic. Vir fidelis. Erat vir bonus, ac fidelis cum multo timore colens ac venerans Deum. Cum omni domo sua. Arabic. Una cum domesticis suis omnibus. Oecum. Cum tota familia sua. Semper minores suum sequuntur superiorem, & ad eorum exemplar omnia componuntur, de ejus moribus & virtutibus dicam q. 2. & 3.

QUAESTIO I.

Quare cum de conversione gentium agere aggredimur à sanctissima Virgine Maria sit incipiendum?

Planum, atque evidens est, quod ostium salutis, ac aeternae vitae per Virginis Mariae intercessionem gentibus est apertum ac proinde cum de conversione gentium ad Ecclesiam, ac illius accessum, de sanctissima Virgine incipiendum est sermo? De illa ait N. D. Cyrillus Alex. tom. 4. homil. 6. contra Nestorium: Omnis creatura idolorum errore detenta per te conversa est ad notitiam veritatis, & fideles homines ad sanctum Baptisma pervenerunt, atque in toto Orbe terrarum constructae sunt Ecclesiae. Te adiutrice gentes veniunt ad poenitentiam. Quid plura? Per te Unigenitus Dei Filius, vera illa lux fulsit sedentibus in tenebris, & umbra mortis.

Postquam Angelus signavit duodecim millia ex qualibet tribu filiorum Israel, scribit Joan. Apoc. 7. n. 9. Post haec vidi urbem magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribus, & populis

Veget. Liphius.

QUAESTIO II.

Quis esset Cornelius, & qualis esset ejus fides antequam ipse veniret ad D. Petrum?

UT notat Lyranus postquam D. Lucas descripsit publicationem Evangelii per Petrum inter Judaeos, nunc consequenter idem facit de praedicatione Petri inter Gentiles, & exordium ducit à vocatione Cornelii.

Cornelius iste erat Vir Illustrissimus, & ut communiter dicitur Italicus, ac Romanus Flavius Dexter anno Christi 34. asserit fuisse Hispanum, & Bonariis in commentario citati Dexter. commento 3. contendit cohortem hanc Italicam, cujus in praesenti fit mentio, fuisse collectam ex quadam Hispaniae Urbe, quae dicebatur Italica, & hanc cohortem, ut valde insignem, & illustrem putat Baronius citato anno 34. dictam fuisse ferratam, quam scribit Dio in Judaea à Caesare Augusto constitutam fuisse, Caietanus ait quod ferebat vexillum Romanorum tamquam valde insignem.

An verò iste Cornelius antequam Petrus ad eum veniret, fuerit justificatus, & ejus fides viva? quaestio est non levis: fidem ejus fuisse mortuam, & ipsum non esse justum tenent D. Chrysothomus, Oecumenius, Stephanus, D. Basilii in Regulis brevioribus Regula 124. citatur D. Augustinus, & immerito, ut dicam.

Contraria tamen sententia verior ac communior est, eam tenent D. Gregor. homil. 9. & 19. in Ezechiel. Beda, Carthusianus, Caietanus, hic Magister in 3. distinct. 25. ibi Albertus Magn. D. Bonavent. D. Thomas & 3. p. q. 69. art. 4. Richard. art. 3. & Albert. alii multi, & hoc clare probant, quae infra de Cornelio dicuntur vers. 22. Cornelius vir justus, & timens Deum, testimonium habens ab universa gente Iudaeorum responsum accepit ab Angelo accersire te, &c. & vers. 24. faciens eleemosynas multas plebi, quod me magis movet, est id, quod Petrus veniens dixit Cornelio infra vers. 34. In veritate comperi, quia non est Deus acceptor personarum sed in omni gente, qui timet eum, & operetur iustitiam, acceptus est illi. Dicitur Cornelius justus, & Deo acceptus, quod absque Dei gratia dari non poterat.

Colebat Cornelius unum Deum creatorem universi, sicut Job, ejusque amici; & tunc Petrus ad illum mittitur, ut illum instrueret de adventu Messiae, sanctaque ejus fide, ipsumque baptizaret. Cum jam facta esset promulgatio novae legis opus erat fide explicita in Christo, itemque Baptismo, non ad acquirendam, sed ad fovendam, atque conservandam iustitiam in Cornelio; in illo enim vera erat fides unius veri Dei, sic ait: D. Gregor. citatus: Cornelium per fidem, & per bona opera meruisse fidem, scilicet explicitam Christi, meruit non operibus naturae, sed adjutus gratia Dei excitante, & adjuvante.

Et in eodem sensu de operibus, eleemosyna, oratione Cornelii loquitur D. Augustinus libro primo de praedestinat. cap. 7. ubi sic ait: Nec tamen sine aliqua fide donabas, & orabas; sed si posset esse sine fide salus, non ad eum mitteretur. Architectus Apostolus Petrus. Ait Sanctus doctor, Cornelius fidem veri dei habebat, dum eleemosynas faciebat; & deum exorabat; quia tamen sine fide explicita Christi non potest salus consequi, ideo ad eum illuminandum mittitur Petrus, ex quo patet esse verum id, quod communiter Theologi dicunt, quod si unus gentilis observaverit legem naturalem, Deus

pulis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu Agni amici stolis albis, & palmae in manibus eorum, & clamabant voce magna dicentes, salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Illa millia ex qualibet filiorum Israel tribu, habebat unusquisque in fronte unum signum, v. g. litteram Thau: At ista magna multitudo ex omnibus gentibus, populis, & linguis multo illustrior apparebat; nam omnes erant amici stolis albis ob suam eximiam puritatem, & iustitiam, palmas in manibus habebant, tamquam triumphatores de omnibus inimicis visibilibus, & invisibilibus, & tamquam Beati in Caelo Deum laudabant. Unde huic multitudi gentium, ac populorum tantus splendor: Erant ante thronum, seu ut ex graeco legi potest iuxta thronum. Thronus praefigurabat Sanctissimam Virginem Mariam D. Bonavent. in speculo c. 8. ait: Tu Maria es thronus ille indeficiens, thronus in aeternum, thronus Filii Dei, de quo Pater per Prophetam ait: T. ro-nus ejus sicut Sol in conspectu meo. Cum populus gentium, qui antea erat denigratus, & sordescens peccatis, diabolo, ac idolis serviens accessit ad dei thronum, Virginem nempe Mariam, ex ejus umbra, & protectione tantum excrevit, ut veste candida gloriosus appareret, ac illustri palma triumphator radiaret, & in ore resonant Dei laudes.

Ait Zacharias 4. num. 2. Vidi, & ecce Candelabrum aureum totum, & lampas ejus super caput ipsius D. Hieronymus ibi ait: Lampadem id est flammam in vertice Candelabri lucentem, atque fulgentem Christum, qui omnem Mundum illuminat, ut Iudaei interpretantur. Loquitur propheta de Christo domino veniente in hunc mundum, qui omnem hominem illuminat, sed in quo ista Divinitatis flamma lucet, ac illuminat in candelabro aureo, nempe Sanctissima Virgine Maria auro puro absque ulla peccati originalis, vel actualis faece. D. Anastasius Nissen, quaestione 53. ait: Quid est ergo candelabrum? Sancta Maria; Cur autem candelabrum? quoniam materia expertem lucem gestavit Deum. Incarnatum, Christus Dominus lampas, & lux fulgentissima est, qui fulgore sui splendoris, omnes illustrat homines sed in quo, & per quem tanti sui luminis spargit radios in candelabro aureo, nempe Sanctissima Virgine. Te adiutrice gentes veniunt ad poenitentiam, quid plura? per te unigenitus Dei Filius, vera illa lux fulsit sedentibus in tenebris, & umbra mortis

De Sanctissima Virgine loquens divinus Spon-sus, ut exponit Rupertus Abbas ait: Puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano. Cant. 4. num. 15. B. Virgo dicitur puteus ob altitudinem, profunditatem, ac gratiarum immensitatem, quae in ea reconduntur, & sunt abscondita ab oculis nostris: Solus enim, qui eam creavit in Spiritu Sancto mensus, ut dicitur in Sapia. Dicitur puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano: per Libanum Theodoretus, & Rupertus intelligunt Judaeam, seu Ierusalem, quia Libanus terminus est Iudaeae ex una parte, per aquas vero defluentes intelliguntur populi iuxta illud Apocalypsis 17. numero decimo quinto: Aquae populi. Dicitur Virgo Maria puteus aquarum, quia ut sanctissima, ac piissima omnium, cunctos in se recipit, fovet, & alimentat. Tamen profunde nota, quod aquae, seu populi non dicuntur vivae dum fluunt à Libano, sed dum in hoc sacratissimo puteo recipiuntur, ipsa purissima Virgo sua prece, ac intercessione constituit, ac creat vivos in gratia, iustitia, ac sanctitate, Puteus aquarum viventium.

8. Rupert. Cant. 4. De Sanctissima Virgine loquens divinus Spon-sus, ut exponit Rupertus Abbas ait: Puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano. Cant. 4. num. 15. B. Virgo dicitur puteus ob altitudinem, profunditatem, ac gratiarum immensitatem, quae in ea reconduntur, & sunt abscondita ab oculis nostris: Solus enim, qui eam creavit in Spiritu Sancto mensus, ut dicitur in Sapia. Dicitur puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano: per Libanum Theodoretus, & Rupertus intelligunt Judaeam, seu Ierusalem, quia Libanus terminus est Iudaeae ex una parte, per aquas vero defluentes intelliguntur populi iuxta illud Apocalypsis 17. numero decimo quinto: Aquae populi. Dicitur Virgo Maria puteus aquarum, quia ut sanctissima, ac piissima omnium, cunctos in se recipit, fovet, & alimentat. Tamen profunde nota, quod aquae, seu populi non dicuntur vivae dum fluunt à Libano, sed dum in hoc sacratissimo puteo recipiuntur, ipsa purissima Virgo sua prece, ac intercessione constituit, ac creat vivos in gratia, iustitia, ac sanctitate, Puteus aquarum viventium.

Virgo suae prece nos facit vivos in gratia.

D. Bona. Per virginem gentes veniunt ad fidem.

7. Zachar. 4. D. Hier.

D. Anast. Maria adiutrice gentes veniunt ad fidem.

8. Rupert. Cant. 4.

Theod. Rupert.

Virgo suae prece nos facit vivos in gratia.

9. Lyran.

10. Dexter. Hispania dicit. Bonat.

Baron.

11.

D. Chry. loit. Oecum. Staplet.

12. D. Greg.

D. Albert. Magn. d. Tho. Richard.

Justus, & fidelis Cornel.

13. Colebas Deum, sicut Job.

D. Greg.

14. D. Aug.